...ancki et R. Plebanus Rokitni censis Scriptum sibi Muto Roborant.

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus Adamus Wladislaus de Siecin Krasicki ab Una, et Adm. Reverendus Stanislaus Kunowski Plebanus Rokitnicensis ab altera partibus sanis mentibus et Corporibus existentes à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesentique Iurisdictioni Castrensi Capitan. Premysl. quoad actum praesentem attinet secum suis Successoribus ac bonis generaliter sub omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice libere ac perexpressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit quia ipsi se cum suis Successoribus in et super bonis suis generaliter omnibusque ac summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis una Pars alteri ac postea utrisque partibus mutuo et invicem Scriptum certum manuale per se Recognoscentes de Actu et data illius hic Premysliae die Undecima February Anno praesenti mutuo confectum et Unico paragrapho conscriptum manibusque sui Recognoscentium ab Utrinque subscriptum et Vadio Ducentorum florenorum polonicalium firmatum in omnibus eiusque Scripti Conditionibus Punctis Clausulis articulis Vadii Ligamentis ac nexibus generaliter Universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis illius Contentis tam in toto quam in parte satisfacere Scriptum praefatum ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictum Scriptum Vicissim in toto referendo idque sub Vadio Ducentorum florenorum polonicalium per eosdem Recognoscentes sive ipsorum successores ob non Completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit solvendo succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succumbito ac re aliqua principali ex Contentis scripti praefati non Completa Complenda Terata Vicissim memorata Inscribunt et obligant praesent.

Pars una praemissa tam in toto quam in parte non tenens vel eius suc-
cessores ad instantiam partis alterius ea omnia firmiter tenentis
vel eius successorum ad officium praesens castrense capitaneale Premy-
20 sliense citatione recepta, ex tunc quo ad respondendum spectabat mediante
semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare, dum parere,
respondere vadium contractum luere inscriptioni praesenti satisfacere
ac omne iudicatum parti debebit et tenebitur, seque ac suos successores
adeaque omnia obligat illum terminum primum peremptori-
um et alios omnes exinde consequentes causas eius terminos
semper peremptorios vera infirmitate, maiori minorennitate, suc-
cessorum legatione intra vel extra Regnum servitiis militaribus ad
munimenta ad Curiam vel alibi quibuscunque dilationibus et legali-
bus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra pro-
ximos Officii Capitanealis Castrensis Premyslien. terminos dilationem
sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum
prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus
vel multiplicatis citationibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptio-
ne terrestri bello conventioneque ac aliis omnibus iuris remediis
et defensis non subterfugiendo, nec modo quovis evadendo
hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria sexta ipso die festi San-
14/II cti Valentini Martyris Anno Domi-
1659 ni Millesimo Sexcentesimo Quinqua-
gesimo Nono.

R. Kamieniecki Iudaeos Arendarios
Drohobicen. Icko, Sloma, Szmuylo, et
alios necnon subditos Derazycenses Qui-
etat, Comparens personaliter